

www.e-rara.ch

Sancti Iustini philosophi et martyris opera

Iustinus

Lutetiae Parisiorum, 1615

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9781>

Conradi Gesneri annotationes in Athenagorae apologiam, sive legationem pro Christianis:
[...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CONRADI GESNERI
ANNOTATIONES IN ATHENAGORÆ
APOLOGIAM, SIVE LEGATIONEM
PRO CHRISTIANIS:

Quibus etiam Henrici Stephani typographi Annotationes, seorsim
prius editæ inferuntur, asterisco * passim notatæ
vnâ cum literis H. S.

Ex numeris, vbi duo sunt, prior paginam, posterior versum significat. vbi vnus,
versus pagina prius expressæ, indicatur.

LECTORI.

HTSI propter alias occupationes in translationem Apologiae Athenagoræ non li-
cuerit mihi ita incumbere vt optabam, & par erat: volui tamen, quod res ipsa
postulare videbatur, annotationes quoque adiicere, quibus partim obscurius quædã
ab authore dicta elucidarem, partim contextum orationis eius Græca emendarem,
partim & translationis meæ rationem redderem: atque hæc omnia non penitus, nec
accuratè, sed quantum præpropere festinatione licuit. Quòd si aliquid desiderent in me oculatiores,
non tam ab illis ignosci mihi petam, quàm vt suppleant ipsi & perficiant ea, quæ ego tum ob an-
gustiam temporis, tum inscitiam, præterij. Certè homines moderatos (qui neque ipsi nimium sibi pla-
cent, neque aliena tantum incessere, ipsi nihil præstare solent) neque omnia, neque nihil in hac vi-
cunque festinata lucubratione vidisse me dicent: nec deerit fortè vnus aut alter qui etiam gratias
agat. Non patiebantur negotia mea integros authorum locos à me exscribi, quibus, Athenagoræ dictis
lux maior afferretur: itaque citare ipsorum libros, & veluti digito per capita & paginas interdum
demonstrare, sat habui. Si tantum mihi otij fuisset, vt Tatianum, Theophilum, Iustinum, Cyril-
lum, Eusebium, Theodoretum, Clementem, Arnobium, Lactantium, & alios qui idem quod Athe-
nagoras argumentum tractarunt, studiosius euoluere licuisset, nulla fortassis aut minori excusa-
tione mihi opus fuisset. sed hanc lampadem trado aliis. Hæc interim, ceu lucrum quoddam &
μαζον, non quidem theologi & philosophi, sed homines philologi habebunt.

*H. S. I. 4. προσεία ἐπὶ Χριστιανῶν.) Addat qui
volet ἢ ἀπολογία, ex altero exemplari. Ego
certè illam inscriptionem huic præfero, quam
suspicio ex margine irrepisse, in quo adnotata
esset Iustini ad eisdem argumenti eiusdem
oratio, eo titulo. Quamquam non ἐπὶ sed ἐπὶ
Χριστιανῶν apud illum legitur. Verùm legi vtroq;
modo potest, quia idem Isocrates qui in Busir.
Encomio dicit, ἢ ἀπολογίαν ἐπὶ Βουσίειδος, in Hel.
Encomio ita loquitur, ἀπολογίᾳ δὲ μὲν ἢ προσήκει
μὲν ἢ ἀδικεῖν αἰτίαν ἐχόντων. Sic harum præposi-
tionum in hac phrasi & quibusdam aliis signi-
ficationes confunduntur: quæ alioqui distin-
guntur, vt pulchrè infra, pag. 40. λόγον διπλῶν,
ἢ, ἐπὶ ἢ ἀληθείας, ἢ ἢ, πρὸς ἢ ἀληθείας. & alibi.
H. S. 40. μεγάλοι βασιλέων.) Crediderim legen-
dam esse μέγιστοι, vt pag. 17. dicet, μέγιστοι ἀντοκρα-
τοράων. nec dubium est quin potius superlatiuum

gradum in huiusmodi locis consuetudo Græci
sermonis exigat. At verò pag. 4. pro μέγιστοι ἀν-
τοκράτορες, μεγάλοι.

Pag. ead. b. γέλοια videtur referri ad δίκη, ego
γέλοια proparoxytonon legerim, gener. neutro,
num. plurali, vt referatur ad τὰ πάτεια: nisi quis
malit γέλοια penansflexum, sicut veteres Attici
protulerunt. Lege Indicem Eustathij in Ho-
merum, in vocabulis ὁμοῖον & ὁμοῖος.

Ibid. δὲν ἔκτορα λέγει.) idem dicit infra pa-
gina 14.

Ibid. Ἐλένω Ἀδράστειαν.) Helenæ templū apud
Lacedæmonios fuisse Pausanias scribit: & alte-
rum apud Rhodios Helenæ cognomine Den-
dritidis, cuius ipse causam affert. Adrastiam
verò Helenam hactenus non legi.

Ibid. Agamemnonem in Clazomeniorum
lauacris coli author est Pausanias. De Phylo-

noe nihil inuenio. Tyndari verò filios pro diis habitos idem Pausanias scribit.

Ibid. pro *Οδίων* fortè legendum *Τηνέδιος*. Tenem apud Tenedios putant esse sanctissimum deum, ac eorum urbem condidisse. Cicero 3. Act. in Verrem. Eustathius *Τένιου* scribit, y simplici, alij duplici. Cycni filium hunc fuisse aiunt, arcæ inclusum, & in mare immisum.

Ibid. Neptuni Erechthei meminit Gyraldus De diis. Erechthei etiam filias in numero deorum habitas, M. Cicero refert. Agraulos (alias Aglauros) & Pandrosos Cecropis filia fuerunt. Aglauron in lapidem conuersam canit Ouid. Agraule Minerua legitur apud Eusebium.

* H. S. Pag. 2. b. τὸ ῥε οὐδ') particulam οὐδ' habet vtrumque exemplar: quæ tamen quod ad sensum, superuacanea est: vt & pag. 64. post *ὡς ἄρ'.* vbi coniunctim *ὡς ἄρ' οὐδ'* legere malui (vt solet *ὡς ἄρ' εἰ* dici) quàm separatim *ὡς ἄρ' οὐδ'*, vt antea legebatur. Sic vocula ῥε sæpe vacare comperitur.

* H. S. ibid. ἡμῶν ῥ' (ἢ μὴ παρεμ.) &c. Nō dubito quin author scripserit, ἡμῶν ῥ' vt sit τῶ ὀνόματι ἡμῶν ἀπὸ χθονίδος. parenthesis tamen audeat notari, eam esse videns pernecessariam: at lectionem immutare neque hīc ausus sum, neque alibi vsquam: nisi vbi apertè mendosa erat lectio, & huiusmodi quæ nullo modo defendi posset: eius autem emendatio certis argumentis testata esse poterat.

Ibid. ἡ σύμπτου οἰκουμένη ἀπολαύσει, pulchra est locutio, qualis & ab initio libri statim. nam & in οἰκουμένη synecdoche est, & in constructione figura, vt in illo, Turba ruunt.

* H. S. ibid. τῆ ὑμετέρας σωίσει βαθείας εἰρῆνης ἀπὸλ. Tali vtitur insinuatione Tertullius in sua apud Felicem præsidem oratione. Act. cap. 24. eius enim hæc sunt verba, πολλῆς εἰρῆνης τυχεύοντες διὰ σου, ἢ κατωρθωμάτων γινούμενων τῶ ἔθνει τέτω διὰ τῆ σῆς προνοίας. Athenagoras statim post, ὅτι μὴ προνοήσῃς ἡμῶν.

Ibid. c. ἐλαύνεσθαι ἢ φέρεσθαι. Vide prouerbium, Agi & ferri, apud Erasimum. Inferius 29. dicit ἀγρεσθαι ἢ φέρεσθαι.

Ibid. d. lego τὸ μὴ ἀντιπαλεῖν.

* H. S. Pag. 3. ἡ κοινή.) Hunc versum, sicut & præcedentem, & aliquam partem sequentis, inclusi nota parenthesis, vt lectori hunc locum expedirem. sed ei aliquid impedimenti adfert articulus ἡ, non quidem quod ad sensum, sed quod ad loquendi formam attinet. si. n. huic orationi, quæ planè similis est, ἃ ῥ' πρὸς ἡμῶν πρὸς λούσῃ, μῦθοι ἄρα ἢ λῆρεσι, articulo itidem addito, dicam οἱ μῦθοι ἄρα, an non omnes Græco sermone assuefactas aures offendam? Cæterum huc pertinet, quod pag. 4. dicit, καὶ μὴ τῆ κοινή ἢ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας. & paulo post. ἵνα ῥ' μὴ τῆ κοινή ἢ ἀλόγῳ συναποφέρῃτε γνώμην.

* H. S. ibid. μερίτων ἢ φιλανθρώπων ἢ φιλομαθησάτων.) Vereor ne putidum sit admonere legendum esse φιλανθρωποτάτων. Cur enim omnium honorificentissimum titulum in eodem gradu quo cæteros non poneret? Sic & pag. præcedente huius vocabuli vim quasi dilatans, dixit, τὸ πρῶτον ὑμῶν ἢ ἡμεῶν ἢ τὸ πρὸς ἀπειτα εἰρηνικόν, &

ad extremum addit, ἢ φιλανθρώπων. Ac certè, vt aliunde discimus, nullo nomine magis aures regum & imperatorum illius seculi permulcebantur, quàm hoc. vnde etiam extat Themistij oratio ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ Θεοδοσίῳ τῷ ἀυτοκράτορος. At vt nunc sunt mores, si quis ad regem scribens, non serenissimum, sed humanissimum eum appellet, barbarissimum propemodum commississe existimabitur: etiam si is sit rex cuius non minus quàm illorum testata sit humanitas.

H. S. ibid. ἡ σύμπτου ταῦς.) Vel adde οἰκουμένην vel saltè subaudi, repetitum ἀπὸ τῆ κοινῆ ex pagina præcedente. Mihi tam procul vocem hæc non placet arcessere.

* H. S. ibid. σὺ, εἰδότες.) Omnino coniunctione aliqua opus habet hæc periodus. Ego copulatiuam καὶ ante εἰδότες addiderim: vt sit, ἢ εἰδότες ὅτι, &c. ἐν ἴση τάξει δέχονται. id est διὰ τὸ εἰδέναι.

Ibid. c. Thyestæ & Oedipi fabulæ satis protitæ sunt, vocat autem Thyestæ epulas, quibus caro humana deuoratur: & Oedipodios coitus, incestos. quæ duo crimina Christianis obiecta, in postrema huius orationis parte refellet. Impio ore garriunt nos humanis vesci carnibus, &c. Theophilus contra Gentes lib. 3. voluminis nostri Locorum communiū Theologicorū, quod è Græco transtulimus: & Theophili Tatiani que aduersus Gentes scripta addidimus: ac idè volumen Græcè edidimus. Apud nos non inuenitur anthropophagia, &c. Tatianus in eodem volumine, huius rei meminit.

Ibid. c. ἐπ' ἀδείας.) licentiosè & libidinis tantum gratia. Sic infra pag. 35. εἰ δεινὸν τὸ ἐπ' ἀδείας ἢ ἀδιαφόρου μὴ γινώσκει.

Ibid. d. φυσικῶς λόγῳ πρὸς τὴν ἀρετήν.) Eandem sententiam repetit inferius pag. 35. paulo ante medium.

* H. S. Ibid. d. καὶ πολεμουμένων ἀλλήλοις τῶ ἐναντίον θεῶ νόμῳ.) Id est, Et quum diuina lege fiat vt quæ sunt contraria, inter se pugnent. Hæc est horum verborum sententia: sed ego pro τῶ legendo ἢ, aliam inuenio non ita frigidam, & quam alius eiusdem scriptoris comprobare videtur locus: hanc videlicet, Et quum diuina lege fiat vt hæc duo sibi inuicem contraria sint & repugnent: nimirum virtus & vitium. vel potius, cum Cicerone, vitiositas. Locus quem dico, pag. 35. a. est hic, ὅτι ἀνώθεν πως ἔδος καὶ ἰσῆ ἢ ἡμῶν μόνον, κατὰ πᾶσα θεῶν νόμον καὶ λόγον παρακολούθηκε, προσπολεμῆν τὴν κακίαν τῆ ἀρετῆς. vtroque autem loco ponit τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν, ἀπὸ τῶ ἐναντίων καὶ τῶ κακῶν ἀνθρώπων. Et intelligit, hanc legem statuisse Deum vt perpetuò improbi bonos persequantur. quemadmodum videlicet Athenis Socratem virum optimū pessimi nebulones oppugnaverūt, atq; adeo expugnaverunt.

Ibid. κηεύοντες μὴ ὁμοιοῦν.) Hæc verba, quòd parum quadrare viderentur, omisi: mallet enim ea præcedere versu legere post θεῶ νόμῳ, sed κηεύοντες pro κηεύοντες.

Pag. 5. a. De Eleusiniis sacris, quæ viris occultabantur, vnde & mysteria dicebantur, nimirum propter Baubo mulierem, quæ vt Cererem tristantem exhilararet, sua ei pudenda detexerat, & cæter. Lege Eusebium

de præparatione Evangelica 25. Horum mentionem facit, & Arnobius contra Gentes, lib. 5.

* H. S. *ἄγνους*.) At præcedenti versu habetur *ἀγέννητον*, duplici v. quam scripturæ varietatem, & in Platonis exemplaribus reperi in eodē vocabulo: ideóque à meo codice ne in hac quidē scriptura discedere volui. quam certè qui mendosam esse putauerit, longè fallitur. Est enim *γίνεσθαι* fieri, *ἠγέσθαι* factum esse. vnde *ἄγνους* factum, *ἀγέννητον* infectum. vt apud Aristot. 7. Ethicorum, *μῶντος γὰρ αὐτῶν ὁ θεὸς στείσεται ἀγέννητα ποιῆν ὅσ' αὐτῶν εἰν περὶ ἀρχαῖα*, id est, facta, infecta reddere. Est item *γίνεσθαι* gigni, nasci, *ἠγέσθαι* natum esse. vnde *ἄγνους* genitum, *ἀγέννητον* ingentum: idem significantia quod *ἄγνους* & *ἀγέννητον* à *ἠγέσθαι*. Sic dicitur *γένεσθαι ὁ κόσμος*, & *ἠγέσθαι τὸ κόσμον*. Et *ἀγέννητον* Cicero vertit apud Platonem, Quod nunquam oritur, Cuius nulla est origo. vt legere potes in meo Ciceroniano Lexico Græcolatino. At in Lexicis istis vulgaribus, etiam in nouissimis editionibus, scribitur *Ἀγέννητος*, *Ingenitus*. Item, *Non factus*, *Falsò*, vt infinita alia: ex non perspecta ea quam modò annotaui deriuatione. Nam *γίνεσθαι* quod simpliciter significat Fieri, accipitur & pro *ἠγέσθαι*, Gigni, Nasci, Oriri. At verò *ἠγέσθαι* non itidem pro *γίνεσθαι*. i. Fieri. vnde fit vt *ἀγέννητον* vbique pro *ἀγέννητον* vsurpari possit, at non vicissim vbique *ἀγέννητον* pro *ἀγέννητον*. Verbi gratia, in eo quem modò citauit Aristotelis loco, pro *ἀγέννητα* malè scripseris *ἀγέννητα* duplici v. quum illi oppositum sit non *ἠγέσθαι*, sed *περὶ ἀρχαῖα*. Et hanc differentiam quidentem Græci theologi in Christi persona diligenter obseruarunt: qui fuit *ἀγέννητος*, vt & Pater: at non *ἀγέννητος*. vt contrà in omni animantium genere, quæ prima extiterunt, fuerunt *ἀγέννητα*, at non *ἀγέννητα*. siquidem *γένεσθαι*, id est *ἐκπέδησαν*, condita fuerunt à Deo conditore omnium & creatore: non autem *ἐγενήθησαν* ἐξ ὁμοίων, id est, non generata fuerunt ex eiusdem generis animantibus. Repugnantia enim loqueretur qui diceret prima esse quædam, & *ἠγενήθησαν* ἐκ τῶν ὁμοίων. Quinetiam hic si dicas, Prima animantia *ἐγενήθησαν*, vnica v, id verum comperietur: si *ἐγενήθησαν* duplici, falsum. Magna igitur attentione & cautione in huiusmodi locis opus est. At in hoc Athenagoræ nostri loco vbi habetur *ἀγέννητον*, deinde *ἄγνους*: quemadmodum *ἄγνους* scribi possit, vt sit ab eodē verbo à quo *ἀγέννητον*: ita vicissim non malè scribatur *ἀγέννητον* simplici v, vt ab eodem sit à quo *ἄγνους*. Cur verò (dicet aliquis) non vtrobique duplici v, *ἀγέννητον* & *ἄγνους*, vel vtrobique simplici *ἀγέννητον* & *ἄγνους* scribitur? Atqui non video cur hoc magis mirari quis debeat quàm τέλειον & τέλειον in eadem periodo in exemplaribus interdum reperiri, sicut οὐδὲ & οὐτε, & alias varias διπορησίας. Eius verò quæ est in isto Athenagoræ loco, mentionem facere dignatus non fuisset, nisi passim in hoc libello eam offendissem.

Ibid. c. ὅτι τὸ ὄν οὐ γίνεσθαι, ἀλλὰ τὸ μὴ ὄν. Vide Aristotelem lib. 1. physicæ auscultationis.

Ibid. d. Hos versus sic lego, Ωφείλει δ' εἶπερ

ὅτι πῶς ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, μὴ τ' ἐσθλὸν δυσχερὲς καὶ δυσταίαι. Alios etiam Euripidis versus, quibus dubitat Deus an fortuna res humanas regat, eodem argumento, quoniam boni ferè infortunati, mali verò fortunati sint, Athenagoras affert infra pag. 32. Eusebius quoque de præpar. Euang. lib. 14. cap. 6. in Trapezuntij translatione, Euripidis, Diagoræ & aliorum, qui Deo hæc inferiora curæ non esse putauerunt, sententias explicat. item Plutarchus de placitis philosophorum lib. 1. cap. 7.

* H. S. Ibid. Οὐδὲ.] Hos versus ita vertit Cicero lib. 2. De nat. deorum,

Vides sublimè fufum immoderatum aethera,
Qui terram tenero circumiectu amplectitur?
Hunc summum habeto diuinum, hunc perhibeto
Iouem.

Ibid. ὡς ἐμείνος.) Vide an melius legatur ὅτι θεός. P. 6. a. lego, ἐν ἀδελφῶν νοῶν καὶ (vel τ') φαινομένων.

Ibid. b. περὶ τῶν τῶ θεοῦ φύσιν.) Constructio verborum hoc in loco non bene quadrat. Quid si sic? τῶν τῶ θεοῦ φύσιν ἀπὸ τῶν κέλους τῶ ἐμείνου (τῶ οὐρανῷ) ἀδευείστων ἐκείτους &c. nam ex pulchritudine mūdi homines primū cōmotos, de Deo cogitare cœpisse, Plutarch. De placitis philosophorum docet.

Ibid. λύσις τ' καὶ ὄψις.) Vox ὄψις corrupta est. debebat enim esse nomen philosophi alicuius.

Ibid. παρὰ τ' ἐγγυτάτων.) lego παρὰ τ' ἐγγυτάτω, vt mox etiam sequitur, scilicet ἀριθμῶν.

Ibid. c. pro ἐλάττων, malim ἀριθμῶν.

Ibid. d. τὸν πρὸ οὐοῦ ποιητῶν καὶ πατέρων.) Timæi apud Platonem verba sunt. Eandem sententiā pluribus & grauissimè quidē Mercurius Trismegist. ad Tat. exposuit, quam recitat Stobæus in sermone de diis.

Pag. 7. a. Iouis verba ex Timæo sic leges, θεοὶ θεῶν ὧν ἐγὼ διμυρῶδες πατήρ τε ἔργων ἂ δὲ ἐμοῦ ἠγέσθαι, ἀλλὰ ἐμοῦ καὶ θελοντος. τὸ μὲν οὐδὲ δὴ δεδέν πᾶν, λυτὸν τὸ καὶ μὴ καλῶς ἀρμόδιον καὶ ἐχρον εἶν, λύνειν ἐδέλειν, κακοῦ, &c. Locus est in Basiliensi editione, pag. 481. paulo infra medium. Nos in translatione pluscula addidimus quàm Athenagoras citavit.

* H. S. ib. De hac verò lectione ἐμοῦ μὴ θελοντος, an melior sit vulgata, ἐμοῦ καὶ θελοντος, satis longa est in meis in Ciceronem castigationibus disquisitionis. Illam certè non hanc sequutum ipsum fatebitur, quicumque Me inuito, non autem Nutu meo, in eius interpretatione legerit.

Ibid. b. Aristotelis de Deo sententiam, Plutarchus De placitis philosoph. lib. 1. cap. 7. (ex quo etiam Eusebius lib. 1. cap. 6. De præpar. Evangelica repetiit) aliter quàm hic Athenagoras, & melius exponit.

Ibid. ἐπὶ ἠγέσεις.) Plutarchus & Eusebius, locis proximè citatis, hanc quoque Stoicorum definitionem afferunt, & pro ἠγέσεις habent ἠγέσεις, & pro ἐμπαρτελικῶς, ἐμπαρτελικῶτος. Apparet autem eos Deum vocasse ignem artificiosum, vt à naturali distinguerent: & artificiosi vocabulum actiue vsurpare, quòd arte, id est ratione, mensura, pondere & numero, certis omnibus omnia faciat, vt Plato alicubi scribit, Cicero 2. de nat. Zeno igitur naturam ita definit,

vt eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum progredientem via. Censet enim artis maximè proprium esse creare & gignere, &c. Et paulo pòst, Ipsius enim mundi qui omnia complexu suo coercet & continet, natura, non artificiosa solum, sed planè artifex à Zenone dicitur. Porrò Deum esse vnum, pro diuersitate autem materiæ & operum eius, nomina varia fortiri, multis & eleganter Aristoteles quoque differit circa finem libri De mundo, quem Alexandro dicauit. Spiritus (inquit Tatianus) inest stellis, angelis, stirpibus, aquis, hominibus, animalibus: & quamuis vnus ac idem sit, differentias tamen in se habet.

*H.S. ibid. c. τοῖς ἰσθ. Post hæc verba in exēpl. legitur, δοκιμάζουσιν. ἐπὶ ἧ οἱ πολλοὶ τῶ ἐπιχειροῦντων ἡμῶν, & cætera verba, quæ habes infrà pag. 13. a. nimirum omnia quæ sunt à versu 7. vsque ad versum 34. inclusiuè. siquidem ibi has voces ἐπὶ ἀδείας ἐξείναι proximè præcedunt illæ ποιεῖται καὶ λαοὶ τὰ κείνην τῶ πνεύματος ὡς πῶς. Vnde autem acciderit vt bis posita sint in exempl. eadem verba, sed illic suo loco, at hîc omnino alieno: ne suspicari quidem adhuc potui. Memini certè, dum pater meus excuderet Dionysij Halycarnassæ historiarum volumen, vsos nos exemplari in quo idem acciderat. nisi quòd non bis eadem verba diuersis in locis posita erant, vt hîc: sed eo in loco erant vnde prorsus abesse debebant, vtpote non solum orationis contextum, sed ipsam etiam historiæ seriem perturbantia: in suo verò loco, qui erat aliquot quaternionibus pòst, desiderabantur. Qua de re ego alios admoneo, vt eos cautiore in versandis veteribus libris reddam.

Pag. 8. pro ὡς, malim οἶ, & mox post σοφιστικῶς distinxerim, non post ἐπέλεγον.

Ibid. συμπάθειαν hic ἐνέργειαν vel συνέργειαν interpreter.

Ibid. lego παρούτων ἧ ὅσον μὴ διυμνῶντες ἀφρονοῦσαι. Dictio quidem ὅσον sæpe vel abundat, vel potius auget: vt, ἀμύχανον ὅσον, θαυμαστὸν ὅσον, ὄλιγοι ὅσοι. Verbum νοῦσαι simpliciter aliarum rerum cogitationi, ἀφρονοῦσαι verò contemplationi de Deo conuenit. est enim τὸ ἀφρονοῦν ἢ διάφορον τὰ νοῦσαι.

Ibid. pro ὄν, lego ὡς, vel οἶ.

Ibid. c. οὐ γὰρ εἰς θεοῦ.) legendū fortè, εἰ γὰρ ἦ θεοῦ.

Ibid. d. lego, ἢ τὸ τῶ κόσμον.

Pag. 9. a. lego, ἐν ἑτέρῳ ἢ ἀφρονοῦσαι.

Ibid. b. ἢ ἐκείνην.) ἢ hîc est particula illatiua, vt etiam aliquando Latinis in hypothetico sermone.

Ibid. ἀλλ' ἔστι τὸ ἕτερον.) ἀλλὰ hîc interrogat, & est interrogatio negationis loco. Ibidem pro καὶ lego καὶ.

Ibid. τὰ τῶ θεοῦ.) intelligo bonitatem, sapientiam & potentiam Dei, quæ infrà ὀπισθητικῶς Dei nominat, pag. 29. circa medium.

Ibid. c. legerim, ἢ μὲν οὐδὲ πνεύματι, εἰ μὴ πνεύματι.

Ibid. d. lego, νομίζω ἢ ἢ ὁμοίως.

Pag. 10. b. pro γὰρ, malim δέ.

Ibid. c. lego, ἐνὸς μὲν ὄντος.

Ibid. d. Materiam omnem dicit esse subiectā

Verbo ὀψifici, ὄχρειας instar. quod vocabulum quomodo vel commodè vel honestè satis hoc loco exprimam, vix inuenio. neque enim etiā iisdem vocabulis, hoc est rem eandem significantibus, in diuersis linguis honestas eadem est. itaque sententiam potius quàm vocabulū (cuius similem apud alios authores vsū non memini legisse) respexi, quum verti, materiam rationem habere subiecti quod se formandum præbeat. ὄχρειαι γὰρ πῶς ἢ ὄλη, ἢ ἐπιχειροῦται αὐτῆ ὁ δημιουργός, ὁ ὀψιθεντικῶς τῆ σφάρα τῆ παντός. vt materia vehiculi instar sit, super quo opifex inuehitur ipse immobilis: (quod si verum esset, per accidens moueretur, quod falsum est. neque enim per se neque per accidens, qui vndique immutabilis est, moueri potest.) sed ὄχρειον Græcis vehiculum est, ὄχρεια non item. An quoniam Deus pater est omnium, materia, veluti mater, quæ in suo veluti vtero concipit omnia, & formas recipit omnes, ὄχρεια idcirco dicenda est? Timæus de Deo, Ζεῦσις ἧ τὸ πᾶν διείλετο ψυχὰς ἰσαριθμοῖς τοῖς ἀστροῖς, ἐνεῖμὲ δ' ἐκάστῳ πρὸς ἑαυτὸν, ἢ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὴν τῶ παντός φύσιν ἐδείξε.

Ibid. an filius idea dicitur, vt in patre ab æterno fuit, ἐνέργεια verò, quòd ab eo veluti exierit, & in condito mundo se manifestarit?

Ibid. Κύριος ἐκπέσέ με.) Epiphanius in Panariis contra Ariomanitas hæreticos agens, Hebraica lingua, inquit, non sic habet. Vnde & Aquila dicit, Dominus possedit me. Semper autem ij qui liberos generant, dicunt, Possedi vel adeptus sum filium. Hebraica veritas dicit, ἕστη quòd dici potest, tum, exclusit me, tum, possedit me, &c. Athenagoras simpliciter vulgata translatione vsus est, non opportunam nactus subtiliorem huius loci explicationem.

Ibid. τὸ ἐνερῶν ἐν τοῖς ἐκφωνοῦσι.) De filio & patre plura leges inferius pag. 20. quæ melius ad hunc locum quadrassent.

Pag. 11. c. post κατηρεσμένον, addo διδασκόντων.

*H.S. Ibid. lege ὑπερχοῦμαι. aut adde οἶ ante εὐδύμονας.

*H.S. Ibid. d. pro χαλόν, γαλέται σκαῖον.

Pag. 12. c. Φάραγμα ἢ πύλω. αὐτίον γὰρ ἀποθνῆσκαμεν.) Apud locupletes Ægyptiorum (inquit Herodotus lib. 2.) quum multi conuenerunt, & à cæna discessum est, circumfert aliquis in loculo mortuum è ligno factum, sed pictura & opere verum maximè imitantem, longitudine cubitali omnino, aut bicubitali: ostendensque singulis conuiuarum, ait, In hunc intuens, porta & oblectare, talis post mortem futurus. Idē scribit Plutarchus in libro de Iside & Osiride, τὸ δεικνύμενον αὐτοῖς εἰδὼλον ἀνθρώπου τεθνηκότος ἐκ κλωπῆος ἀφροεζέμενον, ἢ ἔστιν ὑπόμνημα τῶ πρὸς Οσίειδος πάθους, ἢ πνεῦμα ὑπολαμβαίνουσιν ἀλλ' οἰοῦντο (forte ἀλλ' οἰοῦντων, vel ἀλλὰ μόνον εἰς τὸ) πνεῦμα καλεῖν, αὐτοῖς χεῖρας τοῖς παροῦσι ἢ ἀποθνήσκουσιν, ὡς πάντας ἀπὸ κατὰ τοιοῦτοις ἐσομένοις. ὃ γὰρ ἐστὶν ὑπόμνημα ἐπιτάφιστον. Non igitur ad moderationem aliquam aut tristem de morte cogitationem, sed ad hilaritatem & lætitiā conuiuij promouendam, vt ederent ac biberent omnes, hoc est hilaritati & læsciā indulgerent, tanquam citò

morituri, nec vlla amplius fruituri voluptate, mortis hoc simulachrum in conuiuio ostentabant illi. Talis Sardanapali vita fuit, & dignum tali vita epitaphium, quod incidi iussit in busto, vt refert Cicero lib. 5. Tuscul.

Hæc habeo quæ edî, quæque exaturata libido

Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta.

Plura leges in Onomastico nostro, in Sardanapalo.

Ibid. ὕπνω καὶ θανάτῳ διδυμάονε.) Casus sunt tres dualis numeri, nescio quàm rectè, neque cuius authoris. malim ego datiuos, ὕπνω καὶ θανάτῳ διδυμάονε. Tum consanguineus leti sopor, Virgilius. Et alibi,

Dulcis & alia quies, placidaque simillima morti.

Hesiodus quoque in Theogonia, Somnum & Mortem fratres, & Noctis filios, facit.

Ibid. ὄν ἴσως θρόν.) pro ἴσως lego ἐπιθυμοῦσι vel εὐχόμενοι, vel tale quid. Prolixa est hæc periodus: sed alibi apud hunc scriptorem etiam prolixiores inuenias, & hyperbata quoque. nos vtrunque in translatione nostra plerumque cauimus.

Ibid. d. τῶν ποσούτων.) Bene quidem est: sed etiam τῶν, vel ἢ τῶν legi poterat.

Pag. 13. a. τὸν ὄρν.) Fortè ὄρνον, vel μέρον, vel ὄρνον legendum. dicitur autem ὄρνος per excellentiam de lasere seu liquore Cyrenaico.

Ibid. d. lego, ὁ δὲ πειλὶ τῶν μὴ παροιστάται, scilicet τοῖς εἰδύλοις. nam & paulo post aliquoties expressè coniungit.

Pag. 14. a. lego Αεὶστῶν. Vide Gyraldum De diis Syntagmate primo, vbi de Aristæo scribit: & rursus secundo, vbi de Ioue Aristæo.

Ibid. de Theagene scribit Pausanias in Eliacis, cum alia, tum quòd eius statua ærea collapsa quendam oppresserit.

Ibid. lego, Ἀλκμαῶν καὶ Ἡσίοδος Μήδειαν, Νιόβην Κλικίς. Nam Hesiodus in Theogonia circa finē Medæ tantum meminit, non etiam Niobes. Bonam deam siue Gynæceam aliqui Medeam putauerunt, quod in eius æde omne genus herbarum esset, &c. Gyraldus. Osiris quidem ab aliquibus traditur Iouis filius ex Niobe Phoroinei filia.

Ibid. b. πύπνοντα γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς τὰ σήθη.) vt pluribus scribunt Herodotus lib. 2. & Plutarchus in libro de Iside. sicut & de cultu & sepulturis ferarum in Ægypto Herodot.

Ibid. c. ὕλη, id est materia, passim Athenagoras vocat omne corpus, siue simplex, id est elementum: siue ex elementis compositum. mox verò in hac pagina d. ἢ πῦρ καὶ ὕλη ab eo dicitur, materia prima tantum, omnium scilicet formarum capax, chaos poetarum, terra inanis & informis, in sacris literis.

Ibid. d. pro ἀλλὰ, lego καὶ.

Ibid. pro ὡς legendum puto ὡς τε.

Pag. 15. a. τῆ διαδέσει τῆ φ.) scilicet ἀσέρον. Et proximè antè, καὶ τῶ μεγέθει περιέχων. Paraphrasin huius loci de pulchritudine mundi, ratione figuræ, coloris & magnitudinis, Plutarchus dabit lib. 1. de placitis philosophorum, cap. 6. vbi inter cætera de magnitudine sic scribit, καὶ ἐκ τῶν μεγέθους καὶ ὡς πάντων γὰρ τῶ ὁμογενοῦν τὸ περιέχων

καθόν. hoc est, Magnitudinis etiam ratione pulcher est mundus. quod enim omnia suæ naturæ cognata in se contineat, pulchrum est. vel potius, quod enim omnibus suæ naturæ cognatis excellat, pulchrum est. nam περιέχειν verbum aliquando excellere significat.

Ibid. b. πάντα.) melius ἅπαντα.

* H. S. ibid. d. ἐπὶ τὰ πτωχὰ καὶ ἀδυνή σοιχεῖα καὶ παπίπλων.) Hic non ad Pauli locum allusit duntaxat, vt alibi: sed eius verba accepit, ex epistolæ ad Gal. cap. 4.

Pag. 16. a. Cælum & mundum pro eodem corpore cælesti vsurpant philosophi. Ὁ δὲ πᾶς οὐρανός, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὃ, πὶ ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλις, αὐτὸ δέχοντο, τὸ δὲ ἡμῶν ὀνομάσσω, Plato in Tim.

Ibid. b. ἄδεις καὶ ἀσέλιω.) Vide prouerbium apud Erasmmum, Heri & nudiuertius. qui & hoc citat absque authore, ὁ ἄδεις καὶ ἀσέλιω ἑαυτῶ σήσους θύοις, simile iis quæ hîc ab Athenagora dicuntur.

* H. S. ibid. ὅτι ἄδεις καὶ ἀσέλιω γέρονται, ὡς λόγος, εἰπὴν. At pag. 37. οἱ, ὡς εἰπὴν λόγος, ἄδεις καὶ ἀσέλιω ἀνθρώποι εἴ, &c. quomodo quin & hîc legi debeat non dubito.

Ibid. post Ἡσίοδον addiderim ἰσοχρόνους, vel ὁμίλικας.

Ibid. c. τὸν καὶ ἡθὴ καὶ ὀνόματα δόντας.) Hæc verba non sunt in Græco codice Herodoti nostro.

Ibid. ὀνομάσσω.) Mauelim ὀνομάσσω.

Ibid. Plastices fuit fingere ex argilla similitudines, è gypso reddere hominum imaginem, rubrica item & creta, vt ex cap. 12. lib. 35. Plinij didicimus. Nostræ ætatis artifices (inquit Guilielmus Philander) quod huiusmodi in antiquorum ruinis reperiunt, Stucchum appellant. illòsque imitati, marmoreas nonnulli affulas pilis ferreis contusas cribris excernunt, subtilissimæque scobe, admista purissima calce, in lacu macerata vtuntur, effinguntque quodlibet. Longè politius fuerit, illustriúsque, si pro marmore, silice fluuiatili candido & pelucido, vt vna pars ad duas calcis respondeat, vtaris, &c.

Coroplastes sigilla fingit ex argilla: ceroplastes è cera. κηροπλαστῆν Diodorus de apibus fauiscantibus dixit: sed κηροχρῆνῆ nuper inuenta (vt rei nouæ nomen ponamus nouum) elegantiora magisque ad viuum quàm ceroplastice opera facit. vt ex argento etiam non pridem apud Germanos excogitata argyrochoice. Aleuroplastas dixerim qui farina triticea cum melle subacta placentas formis ligneis imprimendas, vel imagines varias conficiunt.

Ib. καὶ σκιαγραφίας καὶ εἰρηθ.) Picturam (inquit Plin. lib. 35. cap. 3.) Græci alij Sicyone, alij apud Corinthios repertam affirmant, omnes vmbra hominis lineis circumducta, (sciagraphiam hanc vocat Athenagoras) itaque talem primam fuisse: secundam singulis coloribus, & monochromaton dictam, postquam operosior inuenta erat: duratque talis etiam nunc. Inuentam linearem dicunt à Philocle Ægyptio, vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ar-

dices Corinthius & Telephanes Sicyonius, sine vllō etiamnum colore, iam tamen spargentes lineas intus: (quasi sciagraphia tantum foris circumscripserit) ideo & quos pingerent ascribere institutum.

Ibid. d. ἐν πύλαις λευκωμένω) Picturam hanc ex Plinio monochromaton dixeris.

Pag. 17. a. χρόνος ὀλίγος ποσῶτος.) tempus adeo breue, eleganter dictum.

Ibid. ὡς οἱ μυστικότεροι.) scilicet ὀνομάζοντες: vel potius οἱ μυστικότεροι, scilicet ὀνομάζουσι. sed hic Ἀθηνῶν & Ἀθηναῶν pro eadem ea accipit: infra verò diuersas facit. Eust. in Iliad. α, Ἀθηνῶν dictam ait quasi Ἀθηνῶν, quod è capite Iouis sine matre nata, neque lactata sit. Statua quidem eius oleagina facta non temerè videtur. nam & oleum ei sacrum est: & oleam ipsa reperit: & galea eius oleagina corona tegebatur.

Ibid. καθεμένη.) legimus Mineruam sæpius stantem. (inquit Gyraldus,) sed & sedentem, cuius & Eustathius meminit. Perinam enim scribit, mulierem quandam Ægypti, ipsam sedentem contexuisse: vnde ait, Mineruæ sedentis statua fieri cœpta est.

Ibid. b. εἰ τοίνυν θεοὶ ἢ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς) Vir quidam eruditus negationem hic expungendam putabat: sed inferius etiam in hac pagina sic legitur, Οὐκ ἐξ ἀρχῆς, ὡς φασί, ἦσαν οἱ θεοί.

* H. S. ibid. b. εἰ τοίνυν θεοὶ ἢ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς.) Existimaui expungendam particulam ἢ tanquam supposititiam: vt argumentaretur ab absurdo, Si igitur dij erant à principio, vt vulgus hominum credit: quomodo ætate posteriores sint iis qui ipsos fecerunt? At qui dicit, Si igitur dij non erant ab initio, qui posteriores sint, &c. nihil dicit. consentaneum est enim vt qui illud fatetur, etiam hoc fateatur. Nunc verò existimo relinqui posse hanc particulam, modò ei præfigatur π. ita legendo, εἰ τοίνυν θεοὶ, π ἢ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς; Id est, Atqui si dij, qui fit vt ab initio non fuerint? Nam ab initio eos non fuisse iam euicit Athenagoras, quum eorum opifices protulit.

* H. S. ibid. c. καὶ τὰς προσεύχας αἰ τῶν προσηύχων.) προσεύχας pro supplicationibus accipio. vt coniunxerit Athenagoras hæc duo vocabula προσεύχας & θυσίας, vt à Demosthene coniungi videmus, dicente, τῶν θυσίας τοῖς θεοῖς καὶ προσεύχαις ὡς ἀγαθῶν τῶν ὄντων ἡμᾶς πεποιθῶσαι.

Ibid. c. προσεύχαι.) Apud Aristophanem etiam legitur προσεύχαις τοῖς θεοῖς τὰ προσεύχαις.

Ibid. d. Fortè ἔχετε, vel ἔχετε αὐτῶν.

Ibid. εἰληφόσι.) si inducatur, sensus erit clarior: & erroris occasio videtur, quod in altero mox versu εἰληφόσι similiter post βασιλείαν legatur.

Pag. 18. a. Ὀκεανὸν τε θεῶν γένεσιν.) Iliados ξ, vbi & versus ille, quem Athenagoras Orpheo (à quo fortè mutuatus est Homerus) in fine huius paginae tribuit, sic legitur, Ὀκεανὸν, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

* H. S. ibid. a. πιστεύεται παρ' αὐτοῖς.) In exempli post verbum πιστεύεται habentur hæc verba, βασιλείαν ἐξέταζεν. ὡς γὰρ ὑμῖν πατεὶ καὶ ὑφ' ἑκάστου κεχρῆ-

ρωται ἀναδεν. deinde παρ' αὐτοῖς, &c. quæ verba perperam esse interiecta, & malè hoc loco repetita, quis non videt? Sed animaduertendum legi in hac repetitione βασιλείαν ἐξέταζεν, rectius quàm illic βασιλείαν εἰληφόσιν ἐξέταζεν. ideòque dum excuderem librum, parum abfuit quin tollerem hoc participium: & certè in eo retinendo nimium religiosus fuisse mihi videor.

Ibid. b. ἂν ἢ τῶ ὕδατος ἰλὸς κητέσιν.) Similia quædam in sua theologia circa limum & ouum Phœnices apud Eusebium de præparat. Euang. fabulantur.

Ibid. αὐτῶν.) malim αὐτῶν.

* H. S. ibid. b. οὐρανὸς εἶναι ἐπιτέθειν.) Accipio ἐπιτέθειν pro ἐπιτετέθειν παρετέθειν. quod Latina voce vna exprimi non potest.

Ibid. c. Hesiodus in Theogonia Κόρυον, Τύχην, ἢ Βεράρεων ἐκατόσχητος Cæli Terræque filios nominat.

* H. S. ibid. c. Οὐρανὸς πασῶν μέγαν.) In exempli legitur, Οὐρανὸς πμωρήσων, ἢ πμωσων πσῶν μέγαν, &c. Ego ex tribus verbis id quod versui accommodatum erat delegi, præfixa ei quæ deerat particula π, faciens πασῶν: nec dubitans quin illa duo verba πμωρήσων & πμωσῶν pro scholio adscripta margini, in contextum ab imperito librario translata essent. Sic apud Diogenem Laertium in Empedoclis versu (quem cum aliis citat in eius vita, pag. 432. Germ.) in eadem voce est error, & qui ex eodem fonte manauit. Legitur enim illic Παλῶμαι μὲν πᾶσι τε πμωμῶρος, ὅσπερ ἔοικα. quum legi debere πμωμῶρος satis ostendat metri ratio. Sed nimirum τεπμωμῶρος erat explicatio τῶ πμωμῶρος (siquidem πμω, hic est πμω) quæ in locum eius vocabuli quod exponebat, irrepit. At in versu isto quem citat Athenagoras, πμω significat πμωρῶν, non πμωρῶν. adeo vt ex duabus illis explicationibus quas dixi, vera sit vna, falsa altera.

Ibid. c. ἐκείνο τοίνυν. ἔκαστον γὰρ τὸ τε θεολογηθῶσαν ὡς πῶν ἀρχῶν ὅν εἶναι.) Locum hunc corruptum, ex coniectura sic restituo, ἔκαστον ἢ τὸ γερμωμῶρος ὡς πῶν ἀρχῶν ἢ ὅν, φασί. ἐκείνο τοίνυν σαφέστερον. εἰ γὰρ γερμωσων, &c.

Ibid. d. Τί τὸ ὄν αἰεῖ.) Locus est in Timæo Platonis, vbi sic legitur, Πρῶτον διακερτεῖον τῶν πᾶν τὸ ὄν μὲν αἰεῖ, γένεσιν ἢ ἢ ἔχον καὶ τί τὸ γερμωμῶρος μὲν ὄν ἢ οὐδέποτε.

Pag. 19. a. ἀλλ' οὐδὲ κατ' αὐτοῖς.) lego τὸ γὰρ κατ' αὐτοῖς, & post ἀρχῆν punctum noto.

Ibid. b. εἰ μὲν οὐκ ἔχει τὸ φῶσιν.) Prolixissima hæc periodus, membra magna & parentheses duas magnas continet: priorem de formis seu figuris deorum absurdis, alteram de facinoribus eorum. extenditur autem vsque ad hæc verba secundi versus paginae sequentis, πῶ τὸ σπῶν, &c.

Ibid. c. ἡ δὲ ἐκ τῶ μυστῶν Ρέας καὶ Διμήτρος ἢ Δημήτρος τῶ αὐτῶν ἐπαυδοπεύσονται.) Corruptus locus, qui ex his pag. 36. verbis restitui posse mihi videtur, ἐκ μυστῶν μὲν Ρέας, Δυγαβῶς ἢ Κόρης πεπαυδοπεύσονται. Sed & in hac ipsa pag. habemus τῶ Ἀθηνῶν τῶ ἀπὸ τῶ Κόρης.

Ibid. Πέας καὶ Διὸς.] pro καὶ lego ἢ. etfi Rheam & Cererem, eandem esse deam num quis alius tradiderit, ignoro. Hesiodus omnino discernit, Rheam ē Saturno Cererem peperisse canens.

Ibid. c. τὸν αὐτῆς.) lego ἢ αὐτῆς, sine commate præcedente.

Pag. 20. a. De Herculeo nodo lege Erasmus in Proverbiis.

Ibid. αὐθροπος κεκριμένος.) id est homo alicuius iudicij, prudens. participium passivum, nōminis significatione activa, ὁ κρίνεται διωάβρος. Val-la etiam Latinè discretum vocat virum, qui personarum qualitates ac rerum momenta discernit: sed authoris, qui ita sit vsus, testimoniū nullius affert.

Ibid. c. Talem seu deam seu nympham semiserpentem, ex Phorcynē & Ceto prognatā Hesiod. in Theog. describit.

Ibid. ἢ καταπεφύται ὑπὸ τῆς Διός.) addo τὴν Μήτην. non enim Phanetē à Ioue deuoratum legimus, sed Μήτην (apud Hesiodum, Clementē, Epiphanium, Theophilum, Antiochensem Episcopum) qua deuorata mox Mineruam conceperit. Vide Gyraldum De diis Syntagmate II. in Mineruæ historia. Iupiter (inquit Hesiodus) quum deberet parere Mineruam, Mētē uxorem suam, deorum atque hominum sapientissimam deuorauit, Cæli Terræque consilio, ne quis alius deorum imperium ei præripere posset, &c. Si cui vacat, Græcorum etiam (Procli & Moschopuli) hunc in locum annotata adeat. Ibidem pro ἀκρότης equidem malim ἀκόρητος, quod est insatiabilis, idem quod ἀκόρητος.

Ibid. ἢ ἀπὸ τῆς ὕλης ἀποκρινόμενων.) eorum quæ à materia separantur, hoc est, ex materia gignuntur: tanquam materia vna quadam & communi cetera massa existente, cuius veluti segmenta quædam sunt res singulæ quæ generantur, & per generationem ab ea separantur, superueniente forma: vt fœtus iam formatus & perfectus ab utero matris separatur. Sic infrā in fine paginae 22. ἀπὸ τῆς ὕλης διακριθείσας ὑπὸ τῆς θεοῦ, ἀπέτων ὕλης τε καὶ ἡύλης.

*H. S. Ib. d. ἀργίος ἀίρη.) apud Homerū legitur ἄρη, & ita legi debet illic, habita ratione præcedentium & sequentium. solent tamen nonnunquam authores in citandis versibus, magis sui sermonis ἀκολουθίαν quàm præcedentia & sequentia poëtæ verba spectare (quod & in Maximo Tyrio nuper, dum eum Græcè excuderem, deprehendi) ideoque verborum tempora præsertim immutare. Fortasse igitur Athenagoras, vt dixerat, ἵνα μὴ βλέπηται περὶ ζομένη, ita etiā subiunxerat ἀίρη. quod in ἀίρη perperam versum postea fuerit. nam ἵνα μὴ ἄρη dicere non poterat. Quanquam ne id affirmare ausim obstat proximè sequens versus, Ἡρῆ δ' οὐ ἐχάθη, &c. Nisi quis respondeat, saluo metro, tempus itidem hîc non potuisse mutari. Sunt autem ex Ιλ. θ. hi versus.

Pag. 21. a. Versus in hac pagina primus apud Homerum Iliad. π. sic habet, ὁμοίᾳ ἐγὼν ὅπ μοι Σαρπηδόνα, &c. ἐγὼν facile in λέγων mutatu est.

*H. S. Ibid. a. Αἰ αἰ (λέγων) ὅτε μοι.) aut pro ἐγὼν perperam positum fuit participium hoc λέγων. aut quum scripsisset author, Αἰ αἰ ἐγὼν (λέγων) harum vocum affinitas cur altera omitteretur in causa fuit.

Ibid. b. Post versum vndecimum huius paginae, nempe post hæc verba, αἰδῆλον Ἀρηα, addiderim, μηδὲ Ἀρης ὑπὸ τῆς αὐτῆς.

*H. S. Ibid. ἀδωατῆ.) legendū est ἀδωατῆ, vt in ultimo pag. præcedentis versu habetur ὀδύρηται. debet enim & illud ad ὄταν referri. nam omiffis iis qui per parenthesis intericiuntur versibus, talis remanebit oratio, ὄταν ἢ ὁ πατήρ ἀνδρῶν τῆ θεῶν τε ὀδύρηται ἢ ἢ ἢ ἢ, ἀδωατῆ ἢ ὀδύρητος τῆ κινδύνῳ ἐξαρπάσαι, τίς ἐκ αὐτῶν, &c.

Ibid. d. lego εἰ γὰρ θεῶν, οὐχ ἀφεται αὐτῶν ὀπιθίμα.

Ibid. καὶ σάρκα θεός.) interrogatio est loco negationis.

*H. S. Ibid. b. καὶ τὴν μοιχείαν.) Ξενοφάνης, inquit Sextus philosophus, διήλθων τὸν περὶ Ομηρον καὶ Ησίοδον, φησὶ,

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκεν Ομηρός θ' Ησίοδος τε,
 Οσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ φόρος ἔστ,
 Κλέπειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Idem alio loco. Ομηρος ἢ καὶ Ησίοδος, καὶ ἢ κολοφάνιον Ξενοφάνης, οἱ πολλοὶ ἐφθέξατο θεῶν ἀδεμίτια ἔργα, Κλέπειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν. Κέρνος ἢ γὰρ ἐφ' οὐ, &c. Totum enim locum citarem qui cum hoc Athenagoræ facit, nisi authorem ipsum à me editum iri sperarem.

*H. S. pag. 22. a. Ω δώματ.) hic versus & proximè sequens sunt primi tragædiæ Euripidis quæ inscribitur Alcestis.

*H. S. ibid. b. ἐλθὼν δ' ἐς αἶαν.) Ibidem habentur hi, sed interiectis inter illos & hos, quinque aliis. Rectius autem hîc legitur δ' ἐς αἶαν quàm in vulgatis editionibus ἢ γαῖαν.

Ibid. Hyacinthus Amyclæ filius ab Apolline disco ludente interfectus est. Vide Onomasticon nostrum.

Ibid. pro π φοῖβος malim πό.

Ibid. c. Αἰδωνεύς, id est Pluto, creditus est esse aër, vnde & αἰδης quasi αἰδης dicitur, id est obscurus & inuisibilis, (& αἰδου κυνῆ, Orci galea, inuisibiles reddere putabatur,) quod aër omnis suapte natura opacus & caliginosus sit, nisi extrinsecus illustretur, Iuno verò, terra: vnde & φρέσσιος epitheton ei attribuitur. vt terra ab Homero ζείδωρος cognominatur, quod fruges & alia omnia ad vitam vitæque necessaria producat. Stoicis tamen ἦρα aërem significat. Cæterum ἦρας Empedocli aqua est, fortè à verbo νέω, quod est Fluo: vnde & Naidēs dictæ sunt, & νῆσος, insula. In versibus Empedoclis, quos libro primo de anima Aristoteles citat, Philoponus νῆσιν αἰγίλιον (liquidum vel humidum splendorem) aquam & aërem interpretatur: quod vtraque hæc elementa & humida & splēdida seu pellucida sint. Eustathius in Iliad. 7. Νῆσις, inquit, perhibetur etiam dea quædam esse in Sicilia, Σικελικὴ τις θεός.

Quod autem κρούνωμα βρότειον in his versibus legimus, hinc forsan est, quod de humani corporis constitutione ex elementis Empedocles

in eis verba faciat. βεβήτων enim humanum est. Per κρούσματα intelligo κρῆναις, venas & meatus qui humorem continent.

*H. S. ibid. τέγγει κρούστωμα βρώτειον.) In exempli legitur, διακρούει τ' ἐπικρούει νομῶν βρώτειον. Quam adeo corruptam scripturam dum cernerem, & eundem versum apud Plutarchum, & Sextum philosophum ac Diogenem Laërtium, legere me meminisse, eos adj. Apud hunc igitur inveni hanc lectionem, διακρούει ἐκτικρούει ὄμμα βρώτειον, non solum in editione vulgata, sed etiam in veteri codice Veneto, alioqui satis fideliter descripto, ut ex collatione totius operis deprehendi: in eo tantum à vulgata editione dissentiebat quod pro ἐκτικρούει haberet ἐπικρούει. At verò apud illos duos eam lectionem reperi quā hīc posui. Huic autem versui Ζεὺς ἀρχὴς, &c. præponunt istum, Τέσσαρες τ' παύτων ῥιζώματα πρῶτον ἀκούει. Vocat autem (inquit Plutarchus) ἦντιν καὶ κρούστωμα βρώτειον, οἰνοὶ τὸ σπέρμα καὶ ὕδωρ.

Ibid. ὁ ἀνὴρ.) addo ἡ γῆ.

*H. S. ibid. d. Πῦρ, καὶ ὕδωρ.) Sextus philosophus paulo post quā citavit illos versus quos modo protuli, interiecta duntaxat Ocelli sententia (nam apud illum mendosè, ni fallor, legitur ὁ ἡκίχος pro ὠκελλός) adiungit, ἐκ τῶν πρῶτων ὑπέδειξαν ἡμέτερον οἱ περὶ τῆς Ἐμπεδοκλείας. ἐν οἷς μὲν γὰρ λέγει τέσσαρες τ' παύτων ῥιζώματα, ἐκ τεσσάρων ποιῆται τὴν ἡμέτερον ὅταν τῆς πρῶτης, Νεῖκος τ' οὐλομένην δίχα τ' ἀτάλαντον ἀπαύτη, καὶ φιλίην μὲν τοῖσιν, ἴσον μῆκος τ' πλάτος τ' ἐξ ἀποδοῦσαι τῆς τῶν ἀρχῶν, τέσσαρες μὲν τῆς ὑλικῆς, γῆ, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ· δύο δὲ τῆς δευτερείας, φιλίαν καὶ νεῖκος. Vnde apparet omisissum esse versum unum apud nostrum Athenagoram. Ac ne quis existimet hunc versum Νεῖκος, &c. apud Sextum esse pro illo Πῦρ καὶ, &c. positum: audiat quid idem Sextus alibi dicat, δόξα δ' αὖ, ὡς πρῶτοι, καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς τοιοῦτος εἶναι. οὐ γὰρ τοῖς τέσσασι στοιχείοις τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν καταλαμβάνεται· τὴν μὲν φιλίαν ὡς συμαζωγὴν αἰθίας, τὸ δὲ νεῖκος ὡς διαλυτηνῶν. deinde ipsos versus adscribit,

Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ ἡέρος ἦσαν ὕψος,
Νεῖκος τ' οὐλομένην δίχα τ' ἀτάλαντον ἀπαύτη,
καὶ φιλίης μὲν τοῖσιν, ἴσον μῆκος τ' πλάτος τε.

Observa autē hīc esse φιλίης pro φιλίην, ut apud Athenagoram, & in altero eiusdem Sexti loco. quod tamen vocabulum idem sonat. Alibi etiam σοργῶν pro eodem dicit idem Empedocles, ut in hoc versu, Σποργῶν δὲ σοργῆ, νεῖκος δὲ τὴν νεῖκήν λυγρῶν. Vide & infra pag. 27.

Ibid. d. De Empedoclis opinione, quatuor elementa cum amicitia & lite, vniuersibus ut dissipantibus illa, mutationum omnium causam facientis, Aristoteles etiam scribit lib. i. de anima. Athenagoras quidem videtur amicitia nomine Deum accipere: vel potius, tanquā Empedocles ita acceperit, suæ orationis argumentum ducere.

Ibid. lego, ὡς τε ἐὰν μίας καὶ τὴν αὐτὴν ἡμεῖς ἀρχῶν.

Pag. 23. a. πνευματικῶν.) Fortè αὐτοφυεῶν.

Ibid. διφυῶν.) duplicis vel vtriusque sexus, ut ipse per epexegetin interpretatur, ἀρσενόθελως: quod in homine ἀρσενόθελος & ἑρμαφροδιτὸν dicitur.

mus. Cecrops Athenis olim θεῶν dictus est, ut Eusebius scribit, hoc est duplicis natura: siue ob longitudinem corporis: siue idcirco quod quum esset Ægyptius, vtramque linguam callebat, Græcam & Ægyptiacam: vel quod primus vtrunque sexum instituto matrimonio copularit. vel quod superior in eo pars, virilis, inferior, muliebris, aut ferina fuerit, &c. Vide Suidam. Hac vltima ratione & Πάνα διφυῶν Plato vocat in Cratylo.

Ibid. b. ἴσα.) lego ὅσα.

Ibid. τὰ εἶδη τῶν ὄλων.) Mundi partes, cælum & elementa.

Ibid. c. ἀεικεία vocat pudenda. quam significationem Camerarius etiam obseruauit, de partibus humani corporis scribens.

Ibid. d. Venerem, exectis Cæli virilibus in mare proiectis, è spuma esse natam fabulantur. vnde & ἀφροδίτη & ἀφρογένεια dicitur à spuma: & à colicis φιλομυθία. ἢ φιλομυθία, ὅτι μινθεῶν ἐξ ἑραφάνθη, Hesiodus in Theogonia.

Ib. d. πάρος, id est summa frigiditas, quæ gelu & glaciem parit, quam similiter πάρον & κρύσταλλον vocant. Αἱ φλόγες μὲν τὸ παρῶδες παύσιον (fortè χλαίνοιον,) οἱ πάροι δὲ τῆς φλόγας ἀνάσσει, Aristot. de mundo.

Pag. 24. a. ἐνοχλείην.) addo ὕμν.

Ibid. b. pro παύτες bis lego παύται. Simpliciter omnia ab Iside esse facta testis esse potest Plutarchus in libro de Iside, Τὸ δ' ἐν Σαῖ τῆς Ἀθηνῶν ἡμεῖς ἴσμεν νομίζουσιν, ἕδος ἐπηρεασιῶν εἶχε τοιαύτων. Ἐγὼ εἶμι παύ τὸ γεννός, καὶ ὄν, καὶ ἰσομήμον, καὶ τὸ ἐμὸν πέπλον οὐδὲς ποθὲν θνήσκω ἀπὸ κλάυψε. Et rursus: Ἡ γὰρ ἴσις ἐστὶ μὲν τὸ τῆς φύσεως ἡμεῖς καὶ δευτικὸν ἀπάσης ἡμεῖς καὶ τῶν πρῶτων καὶ πρῶτον ἐστὶ τῆς Πλάτωνος, καὶ τῆς πολλῶν μυθολογίας κέντρον, διὰ τὸ πάσης ἐστὶ τῆς λόγου τῆς πρῶτης μορφῆς δεχέσθαι καὶ ἰδέσθαι. Et rursus, Σπόλαι δ' αἱ μὲν ἴσδος, πικίλαι τῆς βαφαῖς. περὶ γὰρ ὕλλω ἢ διώματι αὐτῆς, παύται γινόμενα καὶ δεχόμενα. Verum de Iside, Osiride & Typhone innumera eodem libro scribit Plutarchus.

Ib. περὶ Πηζώου.) fortè πρῶ (vel potius μὲν) ὄρου. Pelorum enim Isidis filium nusquam legi. In Onomastico autem nostro, non allegato authore, sic legitur, Horus Isidis filius, quem quum Isis amisisset, verita ne obueneret quod Osiri patri acciderat, multum fletit: sed eo inuento mærorem in lætitiā conuertit. Plutarchus in libro de Iside, Horum seniore fratrem Isidis facit, qui alias Apollo & Arueris dicitur: item fratres alios Typhonem & Osirim: Nephthen sororem: parentes Saturnum & Rheam. Idem non ex filio suo, sed ex Anubide Nephthes sororis filio, vbinam Osiridis cadaver esset, cognouisse scribit. Et filium quoque eius Horum nominat, pag. 334. in Basilienſi editione Frobeniana, τὸ δὲ ἴσδος πρῶτον ἡμεῖς ὄρου ἐστὶ βούτῳ περιεχόμενον περιεχόμενος, &c. Et pag. 335. circa finem, Ægyptios ait deorum quorundam genitorum & corruptibilium sepulchra habere, quorum animæ in cælo, mutatis nominibus, splendeant: interque cæteras Horum esse, qui Orion dicitur. Herodotus Horum Osiridis filium, quem Græci Apollinem nuncupent, nominat. Et fortè aliqui Horum

rum Ifidis fratrem cum filio eius eiusdem nominis confundunt.

Ib. De Osiridis sepultura quoque, à quo Taphosiris vrbs nominata, Plutarch. leges pag. 335. edit. nostræ, mox infra medium.

Ib. *Αγα κέτω.*) Vide in Chiliadibus Erasmi, Sursum, deorsum.

Ib. *τῷ λόγῳ.*) lego τῷ λόγῳ.

Ib. *καὶ πὶ γὰρ.*) lego καὶ πὶ γὰρ.

Ib. *λόγους,* id est fabulas.

Ib. *παρὰ ταῦτα.*) fortè ταύτας.

Ib. c. post *αἴετος*, signum interrogationis noto : & *ἀποπύπλωντες* lego in recto plurali.

Ib. lego *ἐπιπέλαμι*, vt inferius pagina 28. circa principium rectè habetur.

Pag. 25. b. *ἐξήτάκαμιν.*) Defendi potest, sed malim *ἐξετάσωμι*.

Ib. *δαιρέι.*) Addi potest τὸ δαίον. Ibidem *δαιρουῶτες* abundare videtur.

Ibid. c. *τὸν οὐρανοῦ.*) Malim *τῶ οὐρανοῦ*, ad ornatum cæli.

Ibid. d. *φασκόντων.*) Codex Platonis noster habet *φάσκοισι*.

Ib. *πρὶ αὐτῶν.*) lege καὶ πρὶ τῶν τῶ δαίων.

Ib. *φόρος.*) aliàs *φόρους*.

Pag. 26. a. De accidentibus Dei, vide annotata in sequentis paginae versum 14.

Ibid. lego *ἐξειπῶν*.

Ib. *πρὶ τῶ πάντων βασιλέα πάντα ἔσθι.*) partim necessarîo: (quid enim ab eo separatum duraret?) partim ministerij causa.

Ib. *δύτιρον ὃ πρὶ τῶ δυνάμει.*) Videtur Deus aut natura Dei primùm esse & considerari circa substantias immortales, Angelos & corpora cælestia, vt Platoni videtur : deinde ex immortalis simul ac mortali natura mixtas, vt homines animo immortales, corpore mortales : tertîo circa reliqua quæ vndiquaque mortalia sunt. Vel, circa essentias & formas materiæ expertes primùm, deinde circa formas à materia inseparabiles, tertîo circa ipsam materiam. Plato in Timæo de Deo mundi conditore sic scribit, *Καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρῶτον κρατῆρα, ἐν ᾧ πῦρ τῶ παντὸς ψυχῶν κεράνις ἔμειξε, τὰ πρῶτον ὑπόλοιπα κτεχεῖτο μίσην, τρέπον μὲν πῦρ τὸν αὐτὸν, ἀκίερα δὲ οὐκέτι καὶ ταυτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δυνάμει καὶ τεία.* Ergo Deus, qui & ingenuus & incorruptibilis est, vnus & ipsa vnitas fuerit : deinde genita quidem, sed incorruptibilia τὰ δυνάμει dixerim : tertîo genita simul & corruptibilia, τὰ τεία. Possẽm & ex Pythagoræ philosophia aliquid de his numeris depromere, sed properandum est. Hoc tantùm addam, Deum etiam alio modo primùm esse in seipso, τὸν ὑπερφῶν, τὸν ὑπερούσιον, τὸν νοῦ τε καὶ νοητῶ παντὸς ὑπερῶν καὶ κρείττω, ἢ καὶ πάντα ἄρῶν καὶ ἀπειρον : secundò ἐν τοῖς νοητοῖς : tertîo ἐν τοῖς αἰσθητοῖς. Immensa hæc contemplatio est, neque humanæ opis : sed, quæ ad tertium vsque cælum rapiatur, mentis.

Ib. b. *τό.*) malim *ἔπ*.

Ib. *δυναμῶν.*) lego *δυναμῶν.*

Ib. c. *Ὁ δὲ μέγας ἡγεμών.*) Vndenam quæso dicitur retulitque Plato (inquit Iustinus in Paræ-

netico) allato curru Iouem per cælum duci, quàm à Prophetarum historiis? quibus nouit de Cherubinibus ita memoriæ mandatum : Et à domo egressa est gloria Domini, & ascendit super Cherubin : & susceperunt Cherubin alas suas, in quibus erant rotæ.

Ib. c. *ἐτέρω.*) adde *γὰρ*.

Ib. *καὶ δυνάμει.*) Videntur hæc abundare nisi addas *ἀνθρώπων*. Locus est ex Timæo.

Ib. d. *πάντα λόγον κεινηκότης.*) Loquutio est affinis prouerbio, Omnem lapidem mouere.

Ib. *εἰ καὶ μή.*) lego, *εἰ μή καὶ*.

Ib. *πρὶ τῶ πάντων.*) Clarius legeretur *πρὶ τῶ ἄλλων*.

* H. S. ib. *ἡμεῖς τε αὖ εἰκότως ξενηλατούμεθα.*)

Vbi pro *τε* repositum fuerit *γε* (quod mendum frequentissimum est) nondum emendatum locum habuerimus. nam vt hæc verba significant, Meritò nos reiceremur, ex præsentis *ξενηλατούμεθα*, faciundum fuerit præteritum imperfecti, *ἐξενηλατούμεθα*, quod iungatur cum *αὖ*. neque enim ita loquetur quisquam Græci sermonis peritus, *ἐγὼ αὖ εἰκότως ξενηλατούμαι*, dicere volens, Ego meritò reicerer. Verùm hoc modo, *ἐγὼ αὖ εἰκότως ἐξενηλατούμι*, vel *ξενηλατούμι*. Sequendo igitur illam interpretationem, legendum fuerit, *ἐξενηλατούμεθα*, vel *ξενηλατούμεθα*. Sed mihi magis placet, tempus præsens retinendo, *αὖ* cum *εἰκότως* iungere, vt sit *ἀνεικότως*. legendo etiam in principio huius periodi, *εἰ καὶ οἱ ποιηταί*. Sequendo enim illam priorem sententiam, videtur pandere quodammodo oratio.

Ib. lego *ἡμεῖς γε αὖ*.) nisi malis *ἡμεῖς γε ἀνεικότως*. & ab initio huius periodi, *εἰ καὶ οἱ ποιηταί*. sed sensus eodem recidit.

Pag. 27. a. *ἐνέμνηρα γὰρ καὶ δυνάμει.*) Quid si sic? *τεία μὲν καὶ δυνάμει, ἐνέμνηρα ὃ κατ' οὐσίαν, τὸν πατέρα,* &c.

Ibid. Post *πατρός* punctum geminum signo. Ibidẽ sensus & constructio videntur requirere vt ad *ἀπὸρροια* subaudiamus τῶ πατρός, vel τῶ αὐτῶ: quare vertimus, & (ab eodem) Spiritus, &c. quod moneo, nequis me cum Græcis illis sentire putet, qui Spiritum à solo Patre procedere asserunt.

Ibid. b. *ὁ καὶ συμβεβηκός.*) Circa medium etiam præcedentis paginae, τὸ ἀγαθόν, τὸ ὄντως ὄν, &c. *ὁπποσμβεβηκότη τῶ δυνάμει*, hoc est accidentia vel adiuncta Dei, appellauit. hic autem docet accidentia hæc huiusmodi esse vt perpetua & inseparabilia sint. In Deum quidem, qui simplicissima purissimâque & totus vndiquaque essentia est (quamobrem & verè ens, & ens entium appellatur, & in sacris literis, Ego sum qui sum) accidentia non cadunt : sed veluti accidentia quædam ei attribuit contemplatio nostra, quæ absque phantasia in hoc ergastulo nihil cogitat, ὡςτι καὶ τὰ ἀμειβῶν μετὰ νοῦ.

Ib. Color est accidens corporis necessarîo. sine corpore enim aut superficie eius, nec esse nec definiri potest. Separabile tamen accidens dicitur, non quòd ipsum sine corpore esse queat : sed contrà corpus sine ipso : siue re ipsa:

(corpora enim quædam colorem nullum habent, vt aër, aqua) siue cogitatione & definitione. nihil enim ad corporis essentiam facit. Sic bonitas, sapientia, &c. & primò & necessariò in Deo insunt, sed tanquam ideæ & essentiæ quædam potius, id est formæ essentiales, vt Platon videtur, quàm accidentia. itaque sine iis Deus esse non potest, ne sine seipso sit. ipse enim ipsissima bonitas est. Sic fons sine aqua esse non potest: ratione tamen ab ea distinguitur, quòd aquæ principium sit, non simpliciter aqua: & quòd aqua in eo purissima: & quòd perennet, nec exhauriri possit, vt aliæ in lacunis aquæ: & quòd corpore aut loco minimus, potentia maximus sit. Verùm hæc omnia magis vt intelligentiæ nostræ accommodantur, quàm vt reuera sunt, de Deo dicuntur aut dici possunt. Et pulchrè Timæus apud Socratem, *Εάν ἄρα μηδένος ἦπὸν λόγους παρεχόμεθα εἰκότας, ἀγαπαὺ ἔχοντες, μεμνημένον ὡς ὁ λόγος ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρώπων ἔχοντες ὥστε πρὸ πάντων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχόμενοις πρέπει μηδὲν ἐπὶ πέρας ζήτην.*

Ib. *σὺ κεχρωσμένον.*) Pulchrum hoc verbum est, tum raritate (non meminimus enim apud alios legisse) tum significatione. videtur autem idem significare quod *συσσωματωμένου*, vt ita dicam, hoc est concorporari, in vnam & eandem corporis essentiam redigi (nam *χρῶς χρῶς* corpus est) vt aqua & farina subigendo in vnam massam vniuntur. Præsens huius participij videtur *σὺ χρῶς*, inusitatum.

Ib. *πετυσμένον.*) Passiuè accipitur: quod rarè est in aoristis mediis. Ibidem pro *τῶτο γὰρ*, lego *τὸ γὰρ*, vel *διὰ τὸ γὰρ*.

Ib. c. post *πρόνοιαν* deest verbum quod accusatiuum illum regat, *ἐπίχρη*, vel *ἐπιμέληται*, vel *διουκῆ*, vel aliud simile. Ibidem post *τῶ γὰρ*, adde *τῶ*.

Ibid. *ἀνδρείοντες ἢ πῶ ἀνέπλω.*) Plerique veterum Græcorum nimium videntur tribuere libertati arbitrij: nimirum quòd ex philosophia eam opinionem sibi retinuisent. Augustinus, vt pote exercitatus à Pelagianis, multo circumspectius de eo disseruit. Dominus in Euangelio dixit, Sine me nihil potestis facere. Et Paulus, Non sumus idonei ex nobis ipsis cogitare bonum, &c.

Pag. 28. a. Quæ de Angelis virginum amatoribus dicit, cautè legenda sunt. Nam quæ Moses de filiis Dei, id est religiosi hominibus, aut saltem prognatis ex piis, qui se matrimonio iunxerant cum puellis impiis (vnde *οὐρανὸν* gigantes, prognati sunt) scribit Gen. 6. ipse ad Angelos transfert, qui alicubi in Scripturis filij Dei nuncupantur.

Ib. *διαλλαπῶν.*) Clarius dixisset *διαλλαπῶν* ἢ *δεῖας* vel *περθεπῶν*.

Ib. *τὸν ἀφροντα ἢ ὕλην.*) Sic & Christus principem huius mundi vocat.

Ibid. b. *οἱ δαίμονες.*) lego *οἱ γίγαντες*.

Ibid. b. *ἀπὸ οἰκῶν δὲ ἐναπίπτοντας.*) lego *ἀπὸ οἰκῶν κατὰ πίπτοντας.* (vel *ἀποπίπτοντας*) ἀπὸ θεοῦ. τὸν δὲ ἐνυχνῶντας ἄγει τὸ (τὸ videtur abundare) *σπερ ἑλπίδα ἢ δίναν.* vt hæctenus sint verba Eu-

ripidis, deinde author subiiciat, *εὖ περὶ πῶν ἢ κακῶν.*

Ib. d. lego *φύσιν ποίαν.*

Ib. *λόγῳ.*

Pag. 29. a. *ἀγέδαι ἢ φέρεδαι.*) Vide prouerbum, *Αγὶ & ferri*, apud Erasmmum.

Ib. c. *ἐκόποιον.*) Huc pertinet quod de Nemorensi vel Aricina Diana scribit Gyraldus, cuius sacerdos rex dicebatur. serui de honore decertabant, fugitiui, qui victimam prior mactasset, alteri quem gladio vicisset, succedebat, &c. Meminit idem Tauricæ Dianæ, cui hospites mactabantur: & virginēs etiam Dianæ aliquandò mactatas refert. Herodotus libro 2. Gladiis (inquit) frontes concidunt Cares in Ægypto, in festo Isis: & in aliis quibusdam sacris, fustibus se inuicem cædunt.

Ibid. *τοῖς ἀσραγάλαις.*) *ἀσραγαλωτὰ μάστιγες* ab Eustathio nominantur Iliad. ξ. & ι. *κατεκροτούτο ἢ (φησὶν) ἐξ ἀσραγάλων ἢ τοιούτων πινῶν ἐνεεργήτων.*

Ibid. d. *ἐφ' ἐτέρων.*) Fortè *ἐφ' ἐτέροις.* sic enim aliquoties hanc præpositionem cum datiuo construit Athenagoras, hoc sensu, in alicuius honorem.

Ib. De Neryllino an alius quisquam meminerit nescio.

Pag. 30. a. *Δύσασσει.*) Versus est Homeri: vnde Parianos Alexandrum Priami filium, qui alio nomine Paris dicebatur, coluisse suspicor. Est autem Parium ciuitas Asiæ in regione Mysiæ.

Ibid. b. Peluis aureæ Amasidis Ægypti regis historiam prosequitur Herodot. lib. 2.

Ibid. d. *ἐπιθετέοντες αὐτῶν τοῖς νομίμασι.*) lego *τοῖς νόμοισιν*: hoc est, eorum nomina inuadentes, vel subeuntes, nomina aliena sibi vsurpantes. nam & suprâ pagina 29. similiter hac loquutione vtitur author, & similiter de idolis loquens, quorum nomina sibi dæmones vsurpant.

Pag. 31. a. *μήμφι.*) Datiuis huiusmodi *ἴσι*, *βασίαι*, *μήμφι*, Herodotus vti solet.

Ib. b. *ὑστρον.*) *ὑστρον* scribo, ex Herodoti codice.

Ib. *οἱ τε οὐδ' ἄλλοι.*) Videtur verbum aliquod deesse, vt sensus sit, Ergo & alij quos pro diis Ægyptij colunt, homines fuerunt, vel potius, reges Ægypti, & postremus eorum Horus.

Ib. c. *ἀφσενας.*) lego *ἔφσενας* Ionica dialecto, qua vsus est Herodotus. cuius & hæc sunt, *ἐπιθέσει* pro *ἐπιθέσει*, κατὰ τὸν pro *κατὰ τὸν*: & *ἰουῶ* pro *ἰουῶ* in accusatiuo, eiusdem, ni fallor.

Ibid. d. post *διαδελχόμενοι* interrogatio signanda est.

Ib. *ζακόεις* hic vocat ipsos sacerdotes. Annotarunt quidam *ζακόων* honestiore loco habitum quàm *ζακόων*.

Pag. 32. a. lege *ἀπηγεμάτων*, Ionicè.

Ib. Sic lege, *ἐκ εἰμὶ περὶ θυμῶν ἐξηγήσασθαι, ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτῶν μόνον, νομίζον πῶς ἀνθρώποις ἴσασθαι περὶ αὐτῶν ἐπίστασθαι*: & ita subiunge, *μη πσεύσιν οἷς μὴδ.* &c.

Ibid. *συνάπων.*) Ex coniectura sic lego, *συν-*

φανούσι μὴ εἶναι αἰδίων ἀποτίσι γένος.

Ib. Negationem μὴ ante βασιλείῃς reposuerim, perspicuitatis causa.

Ib. καὶ ὅτι μὴ ἀνθρώποι.) pro ἢ lego ἥσεν: quod & sententiæ conuenit, & constructioni. alioqui enim ad ἢ nihil redditur.

Ib. b. Apollodori bibliothecam siue de diis librum Romæ nuper euulgatum esse audio. Pro μαθήματα lego παθήματα: quod ex sequentibus tribus aut pluribus locis approbati potest, & res ipsa loquitur.

Ib. τὸν δὲ πύθοντα γρόπον.) Herodoti codex noster habet, τὸν δὲ πύθοντα οὐ μοι ὁσίων ἐστὶ λέγειν. Suspicietur autem aliquis rem turpem & obscenam, quam aures honestæ vix etiam in profanis rebus nominandam audire sustineant. Quum Typhon inuentum Osiridis cadauer (vt refert Plutarch.) in partes xiv. diuisum dissecisset: Isis perquirendo singulas reperit, præter pudendam: quæ in fluuium proiecta mox à phagro & oxyryncho piscibus deuorata fuerat. illius igitur loco ad eius similitudinem factum φάγον consecrauit. cui etiam nunc diem festum Ægyptij celebrant. Hæc ille hoc autem phallo (aut potius phallo) percuti solitos in sacris illis execrandis Ægyptios probabile est.

Ib. εἰς δὲ καὶ παλαιά.) De Osiridis sepultura eum sentire conicio.

Ib. c. & deinceps, sic lege ex codice Herodoti, ἐν τῷ ἰσθμῷ τῷ Αἰθιοπίων, ὅπου τὸ νηὸς παντὸς ἐκχέουται τοῦ ζην, καὶ ἐν τῷ τελεθρῷ ὁμοίῳ ἐστὶν μεγάλοι, λίθου. λίθου τὸ ἐστὶν ἐκχέουται, λιθὸν κρητῆρι κεκοσμημένον, καὶ ἐργασμένον ἐν κύκλῳ, μέγιστος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκειν, ὅσην τὴν ἐν Διήφῳ, ἢ προχρησθῆναι καλεομένη. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τοῦ δεικνύου, &c. quanquam etiam δεικνύον per e in medio scribi potest.

Ib. καὶ οὐ μόνον ὁ τάφος τῷ Ὀσίριδος.) His verbis Athenagoras ipse insinuat Herodotum de Osiridis sepulchro sensisse. Memorantur & aliorum deorum sepulchra passim ab Arnobio & aliis. Sepulchrum Olympij Iouis apud vos ostenditur, Tatianus contra Gentes: apud quem & Dionysium in Omphalo sepultum legimus. De diuersis quidem Osiridis sepulchris non pauca tradit Plutarchus in libro de Iside, &c.

Ibid. d. παραδείγματα τῶν νεκρῶν ἐξήκοντα.) Vide quæ ex Plutarcho scripti, supra ad paginam 12.

Ib. τὸ ὅτι ὅσον ποιῶμαι οὐνομα.) Iterum de Osiride eum sentire dixerim: cuius & phallum & sepulturam supra nominare noluit. Vide annotata superius ad pag. 12.

Pag. 33. a. lege τὴν δὲ οἱ.

* H. S. ib. καὶ αὐτὸν ἰσθμῶν.) Non est apud Homerum hic accusatiuus ἰσθμῶν. nec dubito quin superscriptum ab aliquo fuisset tanquam declaratio pronominis αὐτῶν.

Ibid. lego αἰδρωῶν τε.) χῶσπῳ, & cæt. Hos versus Hesiodi in ipsius poematis non reperio.

Ib. post ἐν χερσὶ θανείς, sic lego ex codice Pind. Ἀνδρῶν ἐν θανάτου κομίσει
Ἡδὲ ἑλακότα. χερσὶ δὲ ἀεὶ κρονίων
Ρήκας, &c. Locus est in Pythiis, Carmine 3. in quem scholia Græca leget cui vacabit.

Ib. c. lege ἢ χερσὶ δεξιῶμα, vt alij legunt, locum hunc citantes licet cum ἀξίωμα, sit aliquis sensus.

Ibid. ὡς οὐτε.) Particula ὡς in exempli non est eam, quod necessaria esset, addidi ex aliis authoribus qui eosdem citat versus. apud quos etiam δεξιῶμα legitur, non ἀξίωμα. quod tamen retinui, non quin illam lectionem hac meliorem iudicarem: sed quod hæc non penitus displiceret.

Ib. Οὐ πᾶδες ἀνθρώπιον, οὐ φίλος πατήρ. Versus sunt Euripidis, quos & Stobæus recitat in Laude diuitiarum, cum aliis pluribus.

Ib. τί με.) lego πὲρ δει, vel τί με δει.

Ib. De Ino vel Inone, & Melicerte seu Palæmone lege Onomasticon nostrum, & Eustathium in Odyssæa.

Ib. d. ὡς, lego οἱ.

Ib. De Derceto vel Dercetone est quod legas in Onomastico nostro. De Syria dea Luciani libellus extat.

P. 34. a. lege δεκάτη γυνή vt sint duo nominatiui.

Ib. Versibus

Γαίης τέκνα φέισα καὶ οὐρανοῦ ἑξεκάλεσται
Ἀνθρώποι, Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ οὐνομα δέντες,
Οὐνεκα οἱ περφέεροι ἐσαν μερόπων ἀνθρώπων.

Ib. b. De Antinoi cultu apud Romanos, & sacratis ei lucis, Theophilus etiam & Tatianus mentionem faciunt: & nos in annotationibus in Tatianum multa diximus, pag. 371. editionis apud nos excusa.

Ib. b. κρητῆς αἰεὶ ψεύσαι.) Versus sunt Callimachi in hymno Iouis, qui hodiè que extat. secundus integer erit si addas ἰσθμῶν καὶ αἰεὶ. Ad scholiasten Callimachi super his versibus: & prouerbium in Chiliadibus Erasmi, Cretiza cum Cretensi. Epimenidis versiculum diuus Paulus citat, κρητῆς αἰεὶ ψεύσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Sic & Hesiodus in Theogonia, Ποιμήνες ἀργαίλοι, καὶ ἐλέγχα, γαστέρες οἶον, Musis sic alloquentibus pastores.

Ib. c. lege οἱ ἔργατες.

Ib. d. ἐπὶ τὸ σμυόντες ἐν τῷ αὐτῶν.) Simili argumento vsus est superius à sacerdotibus Ægypti, qui & ipsi deos mortales faciunt.

Ib. νομίζον.) melius νομίζοντο.

* H. S. Pag. 35. b. ὑμεῖς μὲν οὐ.) Puto legendum ὑμῶν, vt sit εὐοῖδα ἀπολελογηῖντα ἑμαυτῶν ὑμῶν. id est περὶ ὑμῶν. nam si post ἑμαυτῶν, futurum νομίζετε, aut aliquid huiusmodi ponamus, palàm pronomine composito pro simplici abutemur. dicitur enim εὐοῖδα ἀπολελογηῖντα ἑμαυτῶν, at εὐοῖδατε ἀπολελογηῖντα ἐμέ. Quanquam miror cur non potius dixerit Athenagoras, εὐοῖδα ἀπολελογηῖντος quàm εὐοῖδα ἀπολελογηῖντα ἑμαυτῶν. est enim illud genus loquendi elegantius quàm hoc.

Ib. post ἑμαυτῶν videtur deesse verbum νομίζετε, aut simile, sequente commate, & mox legendum, σωῖσει γὰρ πάντας ὑπερφρονουῦτες. οἷς γὰρ ὁ βίος, &c.

Ib. c. lego ἕλασος.

Ib. lego καὶ τὸ ἐνταῦθα.

Ib. d. καὶ θεοῦ καὶ αὐτῶν θεῶν.) An pleonasmus hic est? an καὶ θεοῦ simpliciter apud Deum signa-

ficat? *σωθῆναι* verò, Deo adiuuante, an *σω* præpositio maiorem coniunctionē & veluti vnionem quam *μὲν* insinuat?

Ibid. pro *ἢ* lego *εὐ*.

Pag. 36. a. *καὶ γὰρ οὗτος τῆς θυγατρὸς*.) Alij non cum filia Thyesten, sed cum fratris vxore concubuisse dicunt. Vide Onomasticon nostrum, Quæ ibidem sequuntur, βασιλεὺς ἐδέλω καὶ θυέστης ἐκδημιώμας, nescio quomodo commodè reddam.

Ibid. pro τὸ lego π.

Ibid. διαπότις.

Ibid. c. αὐτοῖς καὶ τὸν πλάσιν.) pro καὶ lego *πρὸς*.

Ibid. ἡμῶν λέγοντος τῆς λόγου). Hæc citatio videtur tantùm sacræ scripturæ aut ipsius Filij Dei verbis conuenire: quis autem horum verborum sit author, iam non inuenio.

Pag. 37. a. *Αμυγτος* proparoxyt. messes interpretantur, hoc est ipsas fruges: oxytonum verò, tempus messis.

Ibid. b. lege, οὐ γὰρ ἐν μελέτῃ.

Ibid. δὲ δὴ δεύτερος.) Atqui coniugium institutum est, teste Paulo, non modò ad procreandos liberos, sed etiam ad vitandam scortationem. Idem satius esse docet matrimonium contrahere quàm vri. Et vetustas concubitum cum vxore legitima (siue secunda siue tertia) castitatem appellauit. Fieri potest vt ab Encratitis vel Tatiano, qui & ipse doctrinam suam sub Antonino philosopho sparsit, hæc inserta sint.

* H. S. ib. *παρακεκαλυμμένως* malim aduerbiallyter. vt dicitur *ἀπαρχαλίπως*, pro Palam, Manifestè.

Ib. τὴν χεῖρα τῆς θεοῦ.) Hoc est τὴν πλάσιν ἢ χεῖρα θεοῦ, sequente pagina, *χεῖρα καὶ γνώμην* θεοῦ nominat.

Ibid. c. pro τῆ fortè legendum καὶ. Rara quidem est hæc loquutio, *λέγειν τὴν πρὸς π*, pro ἀπό ππος.

Ib. ἢ πόρην τὴν σφραγίδα.) Subaudi, monet vel arguit. Speciem habet prouerbij quale est Sus Mineruam. Vfus eius esse poterit, vbicunque improbi homines bonos ex suo animo suisque moribus metiuntur, aut immerentes vituperant. Erasmus in suis Chiliadibus non obseruauit.

* H. S. ibid. *ἀσθενες ἐν ἀσσει*.) Alludit ad D. Pauli locum.

Ibid. ἀπμοῦτες.) ab ἀπμοῦ, sed receptius est ἀπμοῦ.

Ibid. d. οὗτοι γ.) lego, οὗτοι γε.

Ibid. οἱ δίκαιο ἰχθύων ζῶντες.) Alludit ad versum Hesiodi lib. 1. Operum,

Ἰχθύσι μὲν καὶ θηροῖς καὶ οἰωνοῖς πεπελωτοῖς

Ἐσθῆν ἀλλήλοισι (νόμος ὅστιν) ἐπιτὶ οὐ δίκην ὅστιν ἐπ' αὐτοῖς.

Pag. 38. a. pro αὐτοῖς fortè ἀλλοῖς reponendum.

Ibid. τὸ δεύτερον.) Addo *ψεύδοντι*.

Ibid. malim, τίς οὐχ ὑμῶν ἑρισσοῦδάσους τὰς δι' ὀπλων, &c.

* H. S. ib. τίς οὐχ ἔτ' πρὸς σπουδῆς.) Idem valet ἔτ' ἑρὶ σπουδῆς, ac ἔτ' ἑρισσοῦδάσων. Siue autem dicas, ἔτ' ἔμοι ὅτι ἑρισσοῦδάσων, siue ἔτ' ἑρισσοῦδάσων (vt dicitur ἔτ' ὅτι ἑρὶ ἀδωμάτων) perinde est. Aut igitur mutanda non est hæc lectio, τίς οὐχ, aut, si mutetur, hæc loquendi per genitium forma retinenda est.

Pag. 39. c. ἢ.) lego οἱ, præcedente commate, vt sit vna periodus vsque ad *καὶ ὅτι τὸ νοητῶν*. vbi sic lego, *καὶ ὅτι τὸ νοητῶν οὐδὲν καλοῦσι, καὶ τὸ Πυθαγόρειον καὶ τὸ Πλάτωνον*. De Platonis sententia lege Eusebium de præpar. Euang. 11. 18. Quòd si atomi rerum principia sunt, veluti incorporea, νοητῶν καὶ λόγῳ θεωρητὰ μόνον, & horum dissipatione interire mundus, & rursus coagmentatione nouus exoriri potest, cur non singulorum etiam corpora noua oriri & resurgere possent? Quòd si etiam alia statuuntur principia, homæomeriæ, elementa quatuor, si mundus poterit nouus ex eis coalescere, eadem & de singulis corporibus fuerit ratio. aut vt nihil tale circa mundum eueniat, poterunt tamen singula ex quibus constituta sunt initio, in eademq; resoluta, denuo ex iisdem principiis renasci. Plato mihi videtur (inquit Iustinus) etiã de resurrectione sententiam, à Gentibus minimè creditam, à Prophetis didicisse. in eo enim quod affirmauit animam vnã cum corpore iudicari, nihil aliud insinuauit, quàm si sententiæ de resurrectione astipularetur.

Pag. 40. a. lego *διαδέχεται*.

Ibid. καὶ redundat.

Ibid. πάντων ἐπιχειρίων μηχανῶν.) Poterat & ἀποχειρίων legi, hoc sensu, vt omnes homines vobis subiiciantur, vel omnes hostes vestri in potestatem vestram veniant. ἐπιχειρίων quidem vel ἐπιχειρίων, mercedem, præmium & manupretium significat.

Ibid. lego ὑμῶν per η.